



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 93. Burdegalenses Anglis adhærere parati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

§. XCIII.

Sæcul. XV.

A.C.1452.

Burdegalenses Anglis adhæerere parati.

Præcipui hujus rebellionis Auctores erant Durastus, Esparrus, Rosanus, Landius, Langladius, & Monferrandus unacum aliis quibusdam Civium primoribus. Hos inter duo postremi in Angliam profecti significabant, Burdegalenses Francicum imperium libenter excussuros, dummodo Angli eis subsidium ferrent. Placuit Regi consilium, datumque est Talboto Belliduci negotium, ut rupta omni mora cum quatuor Anglorum millibus Burdegalam contenderet. Hic ad Medulos exscensione facta quasdam urbes occupaverat, inde Angli Burdegalam die vigesima tertia Octobris processerunt, clam a civibus in urbem admissi; horum enim nonnulli seditionem moverant in Olivarium Cotinium Aquitanniæ Senescallum, qui rebellium furori exigua militum manu resistendo impar, unacum toto Gallorum præsidio captus est.

§. XCIV.

Regis copix in Aquitanniam missæ.

Rex, ubi sinistrum hunc casum summo animi moerore compererat, confestim

Y 5

Jalogno